Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



·CXO·

meretur corona. Magdalus turris. Ecclesie
plum habens speculum. Venite ergo populi de Ecclesia
Mathuroth quia iam cepta navigatione
quibus dum ututum gradibus profitentes venite
ad coronam. Spernans si necesse fuerit se mori pro
se pro nomine xpi. Est autem hec corona inter magdalum
et mare. Adest inter fidem et baptismum.
qui per fidem fortitudinem et per baptismum gratiam
venitur ad coronam. Respiciat autem contra Ecclesie
plum quia dei populi speculatores ecce recordatus
sum quomodo predicationis obliviscatur. Deoque non
timet eos qui occidunt corpus quia animam non
possunt occidere.

Quintum est autem pharaonis quomodo fugisset
israel in mutatumque est cor eius et seruorum eius pse
cutus est israel cum omni exercitu egiptiorum. et
Quos cum vidissent hebrei timuerunt valde
dixitque moyses nolite timere. dominus enim
pugnabit pro nobis et vos tacebitis. Di
xitque dominus ad moysen. Quid clamas ad me.
Aqua intrgam extende manum tuam super mare
et divide illud. Quod cum fecisset moyses di
visum atque siccatum est mare. Et ingressi sunt
filii israel per medium maris sicci. Fuerant autem aqua
qui murus a dexteris et a sinistris. Persequentes
que egiptii ingressi sunt post eos. Angelus autem
domini qui precedebat castra filiorum israel posuit
se medium cum nube simul inter egiptios et hebreos.
ita ut ad se invicem toto nocte prope accedere
non valerent. Iamque adveniebat vigilia ma
tutina et vehente domino moyses super mare ma
nu extendit. reversique sunt aque ad priorem lo
cum omnesque egiptii mortui sunt. Quid
enim pharao cum omni exercitu egiptiorum nisi dia
bolus cum omni militia demonum. Quid autem
hebrei nisi xpianorum populus. Quid vero mare in
brum nisi baptismatis. atque intelliguntur
persequuntur igitur egiptii hebreos usque ad ma
re ibique morientur quin vitia et malignus spus
usque ad baptismum xpianos persequentes. umbra
amissis pereunt et deficiunt. Tunc cecinit
moyses et filii israel carmen hoc domino adiuverunt.

Cantemus domino gloriose enim magnificatus est.
Equum potente destruens in mari eos equum
et ascensorem eius iecit in mare. Equus superbia
ascensor diabolus. Hoc enim equo elevatus fun
dundus in bellum ruit. Omnesque eius exercitus
hoc equo in omnia facinora precipitat. Fortitudo mea et laus mea dominus. per quem fortis et
laudabilis sum. et factus est mihi in salutem

·70·

suo sanguine me salvans et liberans. Iste
deus meus et glorificabo eum deus patris mei et
exaltabo eum. Dominus quidem vir pugnator ubique
pro nobis certat et vincit. Omnipotens nomen eius
cui nichil impossibile est. Currus pharaonis
de quo modo diximus et exercitum eius omnium vi
rorum scilicet multitudine proiecit in mare. i.
perdidit in baptismo. Duces enim sunt vitia i
tem sunt et currus quibus diabolus fertur. i
Electi principes eius submersi sunt in mari
rubro. quin originale peccatum et idolatria in
baptismo perierunt. Abissi operuerunt eos de
scenderunt in profundum sicut lapis. ut ultra non
apparerent. Certa non transeuntium que expositione
non indigent.

Ascenderunt pp et vitia sunt. Ephia est
de futuro. Ascenderunt enim populi de quibus
in sequentibus dicetur contra eos ad pugnandum et
vitia sunt quia quidquid fortitudinis exercitui et ma
lorum apparatui eius tamen resistere non valebunt.
Dolores obtinuerunt habitatores philistiim
undecim genere insuperabilem insurgere adversum i
se. Tunc conturbati sunt principes edom bi
populi fortitudine audiecies. Robustos moab
obtinuit tremor propterea iam de salute desperantes.
Obriguerunt omnis habitatores chanaan i
plus quam hebreum terrore pulsi. Unde moyses le
tabundus et iubilans ait. Sit domine sicut semper
fiat. Irruat super eos formido et pavor in ma
gnitudine brachii tui. Fiant immobiles qua
si lapis donec pertranseat populus tuus iste quem
possedisti. Introduces eos et plantabis in i
monte hereditatis tue de qua iuratis patrib
nostris firmissimo habitaculo tuo quod opera
tus es domine. Hec autem magis ad superna iersim quam ad
hunc presentem indeficiendum in quam dei populus est introdu
cendus. De qua adhuc subditur sanctuarium tuum
domine quod firmaverunt manus tue. Per quod
celum intelligitur ubi sunt sancta sanctorum. Dominus
regnabit in eternum et ultra hoc quem ullum dicere ullum
excogitari possit. Sunt etiam dominus regnabit
in eternum et ultra quid dicam. In eternum
dixi quid ultra dicem non habui. Si quid
ultra eternum fassem ultra eternum aliquid dixi
sem. Dixi ergo dominus regnabit in eternum. Id
est in eternum semper et sine fine. Ingressus est
enim equos pharao cum curribus et equitibus eius
in mare. Insultavit eis. et reduxit super eos do
aquas maris. Filii autem israel ambulaverunt
per siccum in medio eius. Surgit ergo maria pro